

Manifestum sit cunctis quod ego Petrus¹⁾ Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone ob remedium anime mee etc. (auf Bitten des Bischofs Garcia von Huesca²⁾ enfranchischo et francos facio ab oste et cavalcata istas personas, que in servitio episcopi prefati erunt³⁾ . . . ortolanum, consendarium et iuuerium unum super bestias aratorias; istas sex personas, qui cotidie iam dictum servitium fecerint, enfranquischo et franchos facio etc. Datum Osce V. nonas Iulii era 1240 (d. h. 1202). Endlich folgende unedierte Papstbriefe:

Eugenius III. (1146) Iun. 14. G.⁴⁾ Rotensis episcopi, qui postquam iam antea falsa scripta presentaverat, nunc sententiam inter eum et Dodonem Oscensem episcopum promulgatam contempsit, reprehendit inoboedientiam et iubet, ut ecclesias de Belsa et de Gestal et de Alchezar infra tres menses Oscensi episcopo restituat. — 'Quam benigne'. Datum Viterbi XVIII. kal. Iulii.

Eugenius III. (1146) Iun. 14. B.⁵⁾ Terrachonensi archiepiscopo nuntiat, quod falsis privilegiis damnatis, quae episcopus Rotensis contra Oscensem presentaverat, possessionem Barbastri et aliarum ecclesiarum de Belsa et de Gestal et de Alchezar Oscensi episcopo adiudicaverit. Rotensem episcopum admoneat, ut iussa ad effectum ducat. — 'Ad tuam credimus'. Datum Viterbi XVIII. kal. Iulii.

Eugenius III. (1146, Iun. 14) R. illustri Barchinonensium comiti eadem scribit, quae supra Bernardo Tarraconensi. — 'Nobilitatem tuam'.

Eugenius III. (1148) Apr. 30. G. Rotensi episcopo iterum mandat, ut ecclesias Dodoni Oscensi episcopo adiudicatas remota omni dilatione restituat. — 'Miramur et'. Data in territorio Lingonensi II. kal. Madii.

Innocentius III. 1203, Mai 23. Oscensi episcopo et capitulo permittit, ut in generali interdicto regni Aragonum mortuos sine campanis sepulturę ecclesiaticę tradant. — 'Dignum esse credimus'. Datum Ferentini X. kal. Iunii, pontificatus nostri anno VI.

Privatbibliothek des Señor D. Pascual de Gayangos y Arce.

Der berühmte Gelehrte gestattete mir mit grösster Liberalität, diejenigen seiner Manuscripte einzusehen, welche irgendwie in das von mir verfolgte Gebiet fielen. Ich notierte darunter Folgendes:

1) Pedro II. 1196—1213. 2) 1201—1236. 3) Folgt eine Zeile, welche ganz ausradiert ist. 4) Guillen Perez. 5) Bernardus erst seit 1146; daher ist dieser und der vorhergehende Brief nicht auf den 14. Jun. 1145, was dem Itinerar nach möglich wäre, zu beziehen.